

VIRO NOBILISSIMO  
 ET CLARISSIMO, CHEMIA  
 troque experientissimo, DN. BERNHARDO  
 G. PENOTO à portu S. Mariæ Aequi-  
 tano, S. P.



*Octuas Athenas, inquires, vir excellentis-  
 sime & doctissime, ubi hasce de lapide Phi-  
 losophico pagellas videris, qui ad unguen-  
 tenes, quæ de eo tota antiquitas literis man-  
 davit. Sed esto! Quemadmodum enim hoc nomi-  
 nis genus nullibi vulgatus, & in emptione ac ven-  
 ditione magis in usu fuit, quàm Athenis: Sic nul-  
 libi artes in majori precio & honore esse solent, quàm  
 Athenis, apud illos nimirum, qui eas amant, colunt  
 & admirantur. Inscripti ideo tuo nomini tractatum  
 hunc priorem, cùm ob has tum alias causas. Quemad-  
 modum enim olim in aede Palladis composita pace ar-  
 ma suspendebant milites: Sic in tuo χειματαγειω eum  
 suspendo, cui in tuo Museo locum etiam concessurum tibi  
 esse, non diffido. Tua deinde me invitat & humanitas  
 & liberalitas, illam predicant, qui te familiariter usi  
 sunt: hæc ex scriptis tuis in communem usum promptis-  
 simo studio in publicum emissis nota est doctis omnibus.  
 Veteres enim Philosophi Philochemiam anigmatis &  
 parabolis involverunt, quorum volumina etiam  
 diligenter & attente evolvantur, magis tamen incertum  
 ab eorum lectione abibit, quam cum primum ad eam  
 accesserit lector. Immortales igitur tibi debent Philo-  
 chemiei gratias pro claritate illa perspicua, quam hæc*